Scholar Commons
USF University of South Florida

University of South Florida
Digital Commons @ University of South Florida

Sacred Leaves Manuscript Collection | Community and Campus Partnerships

January 2001

Leaf with the end of I Corinthians, and the prologue to beginning of II Corinthians Catalogue 8, Bible 'A'

University of South FloridaTampa Campus Library

Follow this and additional works at: https://digitalcommons.usf.edu/sacred_leaves

Recommended Citation

University of South FloridaTampa Campus Library, "Leaf with the end of I Corinthians, and the prologue to beginning of II Corinthians Catalogue 8, Bible 'A'" (2001). *Sacred Leaves Manuscript Collection*. 37.
https://digitalcommons.usf.edu/sacred_leaves/37

This Text is brought to you for free and open access by the Community and Campus Partnerships at Digital Commons @ University of South Florida. It has been accepted for inclusion in Sacred Leaves Manuscript Collection by an authorized administrator of Digital Commons @ University of South Florida. For more information, please contact scholarcommons@usf.edu.

macedoniam ꝓficiscor. apud uos aꝫ forsitan manebo uel etiam hiemabo. ut uos mihi deducatis quocunq; ierit. Nolo enim uos modo in transitu uidere. spero enim me aliquantum tpus manere apud uos si dns permiserit. manebo aũt ephesi usq; ad pentecosten. Ostium enim mihi apertum magnum & euidens & aduersarii multi. Si aũt uenerit timotheus uidete ut sine timore sit apud uos. Opus enim dñi operatur sicut & ego. Nemini ergo spernat. Deducite aũt illum in pace ut ueniat ad me. Exspecto enim illum cum fratribus. De apollo aũt frẽ noto uobis facio. quia multum rogauimus eum ut ueniret ad uos cum fratribus. & utique nequaquam fuit uoluntas eius ut nunc ueniret. ueniet aũt cum ei uacuum fuerit. Vigilate state in fide. uiriliter agite & confortamini. Omnia uestra in caritate fiant. Obsecro uos fratres nostis domum stephane & fortunati & achaici. quoniam sunt primitie achaie & in ministerium sanctis ordinauerunt se ipsos. ut & uos subditi sitis eismodi & omni cooperanti & laboranti. Gaudeo aũt in presentia stephane & fortunati & achaici quia ad id quod uobis deerat ipsi supleuerunt. refecerunt enim & meum & uestrum. Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt. Salutant uos omnes ecclie asye. Salutant uos multum in dño aquila & prischa cum domestica sua ecclia apud quos & ego hospitor. Salutant uos fratres omnes. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutatio mea manu pauli. Si quis non amat dñm nrm ihm xpm sit anathema maranatha. Gratia dñi nri ihu xpi uobiscum. Caritas mea cum omnibus uobis in xpo ihu. Explicit ep̃la prima ad corinthios

Incipit ep̃la ad corinthios

Paulus apl̃s ihu xpi per uoluntatem dei & timotheus frater eccle dei que est corinthi cum sanctis omnibus qui sunt in uniuersa achaia. Gratia uobis & pax a deo patre nro & dño ihu xpo. Benedictus deus & pater dñi nri ihu xpi pater misericordiarum & deus totius consolationis qui consolatur nos in omni tribulatione nra. ut possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt per exhortationem qua & exhortamur ipsi a deo. quoniam sicut habundant passiones

Anathema est qui non amat dñm nrm ihm xpm. i. donec ueniat dñs nr̃ ihs aduentu dñi

Anathema est qui non amat dñm ihm xpm. & si potest ex toto. & ego. maxime tamen si frater est.

nostri xpi in nobis. ita & per dm habundat & consolatio nra. Sive autem tribulamur pro uestra exhortatione & salute sive consolamur pro uestra consolatione. sive exhortamur pro uestra exhortatione & salute que operatur tolerantiam earundem passionum quas & nos patimur. ut spes uestra firma sit pro nobis. scientes quoniam sicut socii passionum estis. sic eritis & consolationis. Non enim uolumus uos ignorare fratres de tribulatione nra que facta est in asia quoniam supra modum grauati sumus supra uirtutem ita ut taederet nos etiam uiuere. Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus. ut non simus fidentes in nobis. sed in deo qui suscitat mortuos qui de tantis periculis eripuit nos & eripiet in quem speramus quoniam & adhuc eripiet adiuuantibus & uobis in oratione pro nobis ut ex multorum personis quod per nos donum est eius que in nobis donationem per multos pro uobis gratie agant deo. Nam gloria nra hec est testimonium conscientie nre quod in simplicitate & sinceritate dei & non in sapientia carnali. sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mundo. Habundantius aũt ad uos. Non enim alia scribimus uobis quam quae legitis & cognoscitis. spero aũt quod usque in finem cognoscetis sicut & cognouistis nos ex parte quoniam gloria uestra sumus. sicut & uos nostra in die dñi nri ihu xpi. Et hac confidentia uolui prius uenire ad uos. ut secundam gratiam habeatis & per uos transirem in macedoniam & iterum a macedonia uenirem ad uos. & a uobis deduci in iudeam. Cum ergo hoc uolui numquid leuitate usus sum. aut quae cogito secundum carnem cogito ut sit apud me est & non. Deus aũt fidelis qui sermo noster qui fuit apud nos in illo est & non. Dei enim filius ihs xpc qui in uobis per nos prędicatus est per me & siluanum & timotheum in illo est & non. sed in illo fuit quotquot enim promissiones dei in illo est. Ideo & per ipsum amen deo ad gloriam per nos. Qui aũt confirmat nos est in xpo nos & unxit nos deus. & qui signauit nos & dedit pignus spũs in cordibus nris. Ego aũt testem deum inuoco in animam meam quod parcens uestri non ueni ultra corinthum. non quia dominamur fidei uestre. sed adiutores sumus gaudii uestri. fide enim statis.

Statui aũt hoc ipsum apud me ne iterum in tristitia uenirem ad uos. Si enim ego contristo uos. & quis est qui me letificet nisi qui contristatur ex me. Et hoc ipsum scripsi uobis. ne cum uenero tristitiam